

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 48. Non ideò Sacerdoti, taliter lapso, pauculis post forniacionem  
nocte commissam horis, impartienda est absolutio, nec permittenda  
celebratio, quòd ex statuto Ordinis debeat celebrare, vel in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

# De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

163

villo actu, nec ullâ pœnitentia magna diluit. Tenerè ergo tam citò absolutionem petit, & celebrare prætendit. Imò temerè sibi blanditur de plena & efficaci voluntate pœnitentiam condignam post celebrationem fideliter adimplendi. Nec enim voluntatem istam habere potest sine speciali gratia, pro qua tam citò, post feedissimum lapsum, vix interrogato ore Domini, impetranda, non tantum est quod haecenùs præstitit, ut eam se impetrasset securus esse. Pro ea quippe impetranda orandum, & taliter actianum orandum, quomodo & quantum res tanta petenda est. Quod si se fecisse Sacerdos, de quo agimus, præsumueret, præsumptuosus esset.

628 Verum quidem est, si preces toto corde faceret, similque veris pœnitentias lamentationibus ingemisceret, iustique & continuo pœnitentia operibus veniam deprecaretur, Dominum post se ipsum misereret. Sed vix autem ne vix quidem sine impunitia hoc se fecisse sibi polliceri potest, qui adhuc vestuans libidine, sterilibus dumtaxat aliquot lachrymis momentanique geminitibus peccatum suum in his deplorat anguitis, in quibus merito dubitatur, an honorem suum, an Deum ofensum ex toto corde defeat.

629 Idque tantò magis dubium, quamđ certius est, Sacerdotem tam enormiter lapsum, si verè & ex toto corde pœnitent, non debere amplius de se præsumere, sed lapsus sui memorem, de se suisque lachrymis & geminitibus debere humiliter sentire, nec lapsus sui veniam, ut nec veram contritionem tibi tam citò polliceri, sed agnoscere, quod sibi non parum periculorum forct, paucis horis post feedissimum peccatum commissum, mente nondum fatis recollecta, tremenda celebrare mysteria. Periculum (inquam) foret, ne si hoc audeat, præsumptione (lapsus sui verisimilitur causam) præsumptione, fornicationeque sacrilegio cumulans, divinae gratiae fontem obstrueret, præcipitata festinatione irruendo in altare, vimque corpori & sanguini Christi inferendo, ex ira Dei magna, ut B. Greg. dicit, in impenitentias cor di caliginem projiceret.

630 Hoc est quod magnopèr formidarunt Sancti. Et ido Potamus, Bracharenus Archiepiscopus, semel in fornicationem lapsus, licet facti pœnitent, nec celebrare, nec Ecclesiam suam regere est ausus, sed regimen illius sponte deserens, penitentiam aeternam per novem menses ergaftulo se conclusit. Nec his contentus Tolciano Concilio peccatum suum publicè confessus est. Nec tamen à Patribus Concili, etiam post illam novem mensum pœnitentiam, altari est restitutus, sed perpetua pœnitentia eternam adjudicatus, solam ipsi reliquo nomine honoris ex speciali miseratione. Genebalodus quoque, Episcopus Laudunensis, semel iterumque reversus ad carnale commercium cum reliete conjugi, Sancti Remigii nepte, occultum peccatum suum sancto Remigio confessus, stolam cum magno ejulatu dimittere voluit, atque à sancto Remigio in mansueta cum leeto in modum sepulchri reclusus, septimo dumtaxat illius pœnitentia anno, in oratione nocturna, ab Angelo sibi apparente audit: Suscepit Dominus pœnitentiam tuam, & dimissum est peccatum tuum.

631 Haud dubie sibi non persuaserunt Sancti illi, paucis lachrymis tam enorme crimen elui posse, nec recuperari dipositonem debitam ad dignè celebrandum, nec hoc crediderunt Patres nostri, qui Sacerdotes in fornicationem lapsos tanto tempore ab altari segregarunt. Quorum proinde, seu potius Ecclesie, tam Graecæ, quam Latinæ disciplina, tota saeculis continuata, abundè demonstrat, veram & sincram ex toto corde contritionem.

Tom. III.

nem, in ejusmodi Sacerdotibus non debere tam citò, nec tam facilè præsumi.

Nec certè uile est tariter lapsis esse persuasum, tam enorme crimen facile & citò elui ordinariè posse: imò expedit salutem ipsius contrarium habere persuasum, tum ut ex ista recuperandæ divinae gratiae difficultate, sui criminis sentiat enormitatem. Tum ut ista eadem difficultas sit ipsi frænum contra relapsum. Tum denique ut difficultatem agnosceris, non negligat orationibus diu noctuque incumberes, veris lamentationibus ingemisci, justisque ac necessariis pietatis ac pœnitentia operibus plena conversionis gratiam & veniam impetrare.

Quod si, posthabitum tot & tantis rationibus, pro absolutione paucis post fornicationem horis obitenda, celebrationequa sibi permittenda Sacerdos lapsus vehementius instet, ipsa suâ tam præcipiti importunitate, tamque præsumptione se absolutione probat indignum. Unde absolvendus non est, sed suaviter monendus, ut delicti sui horrore percussus, cum Publicano peccatum suum percutiat, seque indiguum reputet qui oculos in cælum lever, & non tantum de sacrificio offerendo non cogitat, sed ipsum pudeat à Veneris ara soldidè infelixque manibus ad tremendam Christiaram tam citò velle transvolare. Dixi absolvendum non esse, quia ex premissis præsumi nequit sufficienter conversus. Et quia Patres clamant, quod sic præcipitare gravissimi delicti veniam, sit pietas impia, quæ vulnus non amputat, sed auget, dum ut augeatur fonsitem subministrat, nec perpetrati criminis sentire facit enormitatem, sed sublatio illius sensu, de novo perpetrandi tribuit libertatem.

Si denique tam enormiter lapsus Sacerdos, reperiat Confessarium, à quo citò solvatur, & ad altare mitatur, itud cum Caistorisi arbitror proficieti ex gravissima ira Dei, quâ (ut suprà ex Gregorio dicebam) in impenitentis cordis caliginem projectur, potest in gehennam cum tali Confessatio projiciendus.

## C A P U T X L V I I I .

Non ideo Sacerdoti, taliter lapso, pauculis post fornicationem nocte commissam horis, impenitenda est absolutione, nec permitenda celebratio, quod ex statuto Ordinis debeat celebrare, vel in die festo Parochi ministerium exhibere populo, alioquin Missam non auditur: etiam si sermo si de Sacerdotie usitabiliis probata, cui infeliciter, primâ jam vice, ruina ista acciderit.

**Q**uia, ut optimè Hennebellus (qui multam lucem huic atritul questioni) hæc omnia non faciunt, quin Sacerdos ille enorme commiserit sacrilegium. Quod vitæ haecenùs fuit probatoris, & perspectus habuit, quid in his angustiis Officii sui ratio ab eo exigeret. Quod si nec Officii sanctitas, nec solemnis casitatis sponsio, nec honoris proprii memoria, nec præsentissimum Ordinis sui opprobrium ab hoc eum crimine potuerint revocare, constat utique magno cum impetu in hoc eum corruiat peccatum; neque excusare potest violentia tentationis, ubi tam deliberata crimen est voluntatis.

At populo exhibendum est ministerium, vel 636 hac die celebrare jubet Ordinis statutum. Ita placet. Sed nec illud Sacerdotis lapsi crimen extenuat; imò exaggerat. Cum enim Sacerdos lapsus sciverit ministerium illud imminere; quo vitæ fuit probatoris, certiusque proinde scivit, quæ

X 2

radice subvertunt, navem scopulis, ne in portum perveniat, illidunt, &c.

Similiter ergo credendum non est, in diefo ca-  
64  
su, tam ciō ab olvi posse Sacerdotem, in fornicationem nocte praecedenti lapsu, nec ad alta-  
re mitti. Neque enim alegata necessitas, exhibendi ministerium altaris populo, id magis exigit  
in isto, quam in illo casu. Nec magis exigit, ut  
Sacerdoti lapsu in fornicationem permittatur al-  
taris ministerium; quādem lapsu in adulterio, vel (quod horribilis est) in bestialitate &  
fodomiā, in incestū cum matre, conjugata,  
&c. Cū tam ciō (sine extraordinariis, ac mi-  
nimè ambiguis signis) non magis presumi queat  
sufficienter contritus, in casu fornicationis, quād  
in aliis casibus iam commemoratis, prout capite  
praecedenti vidiimus. Si proinde inventem Confes-  
sarij talis Sacerdos, qui ipsum tam ciō absolvat,  
rufus dico quod semel iterūmque post Il-  
lustriss. D. Episcopum Castoriensem dixi, omnino  
verisimile esse, id proficisci ex ifia Dei ira gra-  
vissima, quā Deus ipsum in impunitis cordis  
caliginem projicit. Et addo cum Emerico de bo-  
nis, quōd noīlem pro talib⁹ Confessarij ratio-  
nem Deo reddere, utpote quā (attentis p̄missis)  
magnum, itō maximam habent rationem timen-  
di, imd & credendi, quōd panem filiorum dent  
canibus, & margaritas projiciant ante porcos,  
quādīcīs misericordiā falsā, & blandā pernicie la-  
xando incutias Communionem, periculofam dan-  
tibus, & nihil accipientibus profuturam, hoc sūt  
ejusmodi lapsi, quod grando frugibus, & cetera  
qua Cyprianum cum aliis Sanctis dicente pro-  
xime vidiimus.

164  
in celebraūt puritas ab ejusmodi crīmine requi-  
retur, eō vehementius crīmen illud abhorre  
debet. Ut enim Damianus in Gomorrhiano c.  
4 annūque, quōd melius sapit, eō deterius do-  
linguit. Quia inevitabiliter meretur supplicia, qui  
prudenter, si voluisse, potuit evitare peccatum.  
Deliquit ergo gravissime, vel ex hoc solo capite,  
quōd reverentia tanti mysterii blandientis muler-  
culæ illecebris pravulare non potuit, ne eo quā-  
dem tempore, quo ejus celebrationem imminere  
sibi sentiebat.

637 Haec tamen Hennebelus, id multis prosequens  
in landata Theſi, & in Apologia illius. Ubi exem-  
pli Petri, infeliciter, inopinatō, & extraordi-  
nariē lapsi, id totum illustrat. Cui cū Dominus  
predixisset, antequam gallus canet, ter me nega-  
bis, dum instantē passionis horā, orante Domino,  
& ipsum ad orationem hortante, oratione negle-  
cta, ad tentationem impatus accessit; in ea,  
licet haec tamen probata vita, dum mori ūmitū  
infeliciter, inopinatō, & extraordiñariē vitam ne-  
gavit, negationemque detestatione, anathemate,  
& juramento confirmavit. Quād negationem,  
juramento sacrilego taliter confringat, licet an-  
tē numquam commissem, metue mores extor-  
tam grande profus & enorme peccatum fui-  
se, nullus est qui negare possit. Eam valde enor-  
mem Petrus ipso protēctō creditit, qui tot & tam  
amaris la-hymnis eluendam censuit.

638 Ut occidit Petrus (inquit) ceciderunt in im-  
mani perfecione innumerā, qui usq; ad hor-  
rida illa tempora vita fuerant hominibus probra-  
tissima; sed quād varia spē sint Dei hominum  
que judicia, persecutio probavit, cujus flante tur-  
bine, paleam Deus segregavit à trito, & aliis  
stantibus, ipsi infeliciter & inopinatō Christum  
negarunt, idoli thura immolarunt, aliae no-  
mine Christiano indigna patrarent. Nec dubium  
quia hoc factō crīmen valde enorūe commi-  
rit.

639 Si commiseratione dignus foret Sacerdos, de  
quo quēsto: à fortiori ip̄i, à fortiori Petrus, me-  
tu mortis immanumque tormentorum profrahi:  
Indulgientiam ergo mercabantur, pra Davide, &  
Sacerdote nostro, qui voluptati, atque libidini  
cesserunt. Hinc si magnū fuit Petri illorumque  
peccatum, qui cesserunt timori; magis (ceteris  
paribus) fuit peccatum eorum qui cesserunt libi-  
dini. Si enim tentauo, cui cessit Sacerdos, fuit  
gravissima; gravior fuit Petri, gravior illorum  
qui Christum negarunt. Nec tamen ideō gravissi-  
mē non peccarunt.

640 Quid igit, si quispiam Sacerdos, probatæ ha-  
cētūs vita, gravissimā tentatione pulsatus, me-  
tu mortis & imminentium tormentorum pro-  
stratus, Christum (ut Petrus, ut lapsi illi, de  
quibus Cyprianus) negasset, negationem jura-  
mento, anathemate, atque horrendā execratione  
firmasset, idolisq; thus immolasset: an ipsum  
pauculis post tantum scelus horis lachrymaente,  
& gemitente, Confessarius idēcō absolvere, & ad  
altare ex ipso die mittere posset, quōd altaris mi-  
nisterium debeat populo, Sacrum aliquo non au-  
dituro in die festo? Id fieri posse non creditit Cy-  
prianus, non Clerus Romanus, non sancti Con-  
fessores n. 591. 595. 596. relati. Imō id facere,  
consent esse misericordiam falsam, & blandam  
perniciem, impietatem vocabulo pietatis colora-  
tam, quā contra Evangelij vigorem, contra Do-  
mini ac Dei legem, temeritate querundam laxa-  
tar incūtias communicatio, irrita & falsa pax, pe-  
riculosa dantis, & nihil accipientibus profutura.  
Et qui hoc faciunt, hoc esse lapsi quod grando fru-  
gibus, quod turbidum sydus arboreis, quod ar-  
mentis pestilens vallis, quod navigis ſeva tem-  
pestas. Solatium aeternae ſpei admittunt, arboream à  
641

tam ciō abſolvunt, & ad altare ire permittunt  
Sacerdotem, non ita haec tamen probatæ vita,  
sed qui jam lapsi in fornicationem et lapsi,  
multaque Confessarij promisit, sed promisit non  
stetit. De tali quippe Sacerdotē verendum, mul-  
tūque verendum, ne nimia facilitate Confessarij  
fuorum traditus sit in reprobū sentū,  
lāque durit, eā hebetudine, eo animi stupore erga  
augustissimum sacrificium obrigerit, ut statim  
miserimi, in quo torpet, vel nullum, vel ex-  
iguū ſenū habeat fatigarem. Certumque om-  
niō haberi debet, talem in oculis hominū cen-  
ſendum indispositum ad hoc ut tam ciō abſolu-  
tionē, altarisq; ministerio doneetur, & tanq; magis  
indispositum, quanto animalis facetus, minūs  
percepit quā Dei ſunt; tanto (inquam) magis,  
quanto immundior, & tonus dissipatus, per ap-  
petitum & phantasmata immunditia, pruriuntque  
carnis valde afficiēt ad opera immunditiae; quib⁹  
bus illecebus & distractus animas inepius est nimis  
ad devotionem, sanctimoniamque requiriā ad  
tam tremendum mysterium offrendent.

Quā ob cauſam, ipſe eriam Sacerdos, vita  
haec tamen probatæ, primā vice fornicationis illece-  
bras expertus, ordinariē inepius est ad ſibi mox  
comparandam dispositionem, neceſſariam ad tan-  
ti mysterii celebrationem. Post primā quippe vi-  
cenā ardentiē eī motus, pruriuntque carnis, &  
magis ſenilitas phantasma; quād cum reliquis  
pietatis in mīero illo collectantia, mīferum in  
modum animū ipſius conturbant. Hinc enim  
timet ne lapsus ſuus hominū innotescat, & ne  
vel ipia complex criminis vel per Confessionem,  
vel extra Confessionem fiat index illius. Inde caro  
caet libidinis actū. Denique in pectore mīferi homi-  
nū, proximē à commīſio criminē, velut tat-  
tarecum chaos et confusio. Quis ergo hominem  
ſic turbat, toque ſubſonibus, anxietibus,  
& phantasmab⁹ dissipat, aptum credere po-  
test ad celebrandum? Certe si crīmen tam enor-  
me, tam recenter commissum, ipsum vēhemē-

ter non inquietat, timendum est ne non fuerit vita tam probata, quām apparuit in oculis hominum, sed occulta quadam in eo vita latuerint, infamatio fornicationis vitio curanda. Cum non uno falso, sed gradibus quibusdam homines soleant ad perfectam seu iustitiam, seu iniquitatem pertingere.

644 Non igitur usque adeo attendenda necessitas populo exhibendi ministerium in die festo (ne alias sit absque Sacro,) sed ea saitem, post enormem illum lapsum servanda est disciplina cum ipso, quam post vini haufulum, vel sumptum panis frustulam servandam, Authores etiam benigniores docent. At qui post sumptum seu vini haufulum, seu panis frustulum, Parochi non permitunt altaris ministerium, etiam in die festo exhibere populo, tamen si alias Sacrum non audituro. Longè ergo minus id permittendum in nostro caſu. Siquidem Ecclesia magis semper horruit, Sacerdoti recente fornicato permittere altaris ministerium, quām Sacerdoti non jejunio, ut conſtat ex eo quod per mille ducentos & amplius annos universa Ecclesia Graeca & Latina Sacerdotes in fornicationem lapsos notabili tempore conſtanter excluderit ab altari, nec umquam permisit post pauculos a fornicatione dies, multò minus eodem die accedere ad altare; circa naturale verò jejuniū Ecclesiis disciplina variis in locis varia fuerit. Deinde lapsus in voluntariam pollutionem cap. *testamentum* dist. 6. non permittitur ipso die celebrare, etiam populus ex hoc die festo non sit auditus Sacrum, ut videbitur capite sequenti. Ergo multò minus id permittendum lapsu in fornicationem.

645 At (inquis) si Sacerdos lapsus non celebret in die festo, populus scandalizabitur.

Respondeo cum Hennebello negando sequentiam. Tum quia scandala non magis conſequens est in caſu nostro, quām in caſu foliū jejuniū. Tum quia scandala occurri potest, vel jejuniū naturale folvendo, & illud à ſe ob indispositionem folutum populo exponendo, vel diſcendo ſe indispotum, vel extraordinariè turbatum, ita ut neſciat quid de fe Deus disponere velit; exponit ſe viro doctrinā & integritate probato animi ſui angustias, ſibique ab eo permisum eſt, ut, attentā illā animi perturbatione, à celebrationē cefſare licet, dummodi populus Sacrum expectans induci poſlet ad impendendum orando in Ecclesia tempus, quod alia impendet Sacrum audiendo. Idipſum ſe rogarē, cumque precibus ſe commendare. Hinc profecto ſequi nata non eſt niſi populi quādam ad rem infinitam admittit, vel etiam querulorum quotidianum murmuratio. Quā ſi in caſu foluti jejuniū Deo committenda eſt: à fortiori in caſu nostro. Si quorundam insuper accedat ſinistra ſupicio, tantò magis temeraria erit, quanto probatoris vite Sacerdos haecenū ſuile ſupponitur. Neque enim iultam ſufpicionis cauſam ingrunt generalia illa dicta ipſius; cum innumerā ſint, quā virum, etiam probatissimum, à celebrando temorari poſſunt, ut ſi putet ſe per tellimonium in cauſa ſanguinis irregularitatem incurſile: ifſcrupulus agitatus, ſibi ſatisfacere non poſſit, nec ifſcrupulus excutere: ſi ſimoniæ, culpa non ſuia, ſed parentum, ad Sacerdotium jam demum difcat ſe ſuile promotum. Qua de cauſa S. Dominicus Loricatus altaris ministerium, quod visitum, numquam usurpare auiſus fuīt.

646 Si his folatiis, tamque rationabilibus mediis salvandi bonam famam ſuam, Sacerdos lapsus acqüiefcere nolit, ipſi in memoriam revocandum ī. quod S. Damianus in ſuo Gomorrianio c. 8. ait: ſalubrius eſſe in conſpectu hominum temporalem perpeti verecundiam, quām ante Tribunalū Superiorū Judicis aternam ſubire vindictam. Et In-

nocentius III. lib. 4. de myster. Miff. c. 13. peccator debet potius eligere, ut abſtinentia redatur ſuceptus, quām ut communicatingo, vel celebrando, manducet indignus. Quia, ut S. Thomas q. 80. a. 6. ait, peccus eſt peccatori occulto peccare.

taliter, ſancto corpus Christi, quām infamari.

Unde peccator occutus potius debet eligere infamari, quām indignus ad mensam Domini, vel ad ſacrificandum accedere.

2. quod nimis inordinatum fit ad ſalvandam famam ſuam horrendum committere ſacrilegium.

3. quod ſi aliquod fama praedictum patiatur, id ipſe voluit, dum ne propriez quidem fama & honoris memoria ipſum à peccato revocare potuit.

4. quod constans Ecclesiæ Latine praxis & disciplina, apud Gracos etiamnum perdurans, manifeſtè offendat, Eccleſia ſenſum eſſe, quod ad confundendum famam Sacerdotis taliter lapsi non ſit habenda ratio ſufpicionum, quā temeraria hominum, vel aliter oriſi poſſunt, nec propterā ſolvendas divinas humanaſque leges, ad altare tam citio ſeſſinando: cum Eccleſia Latina tot ſeculis, Graeca uſque in hodiernam diem, Sacerdotes, etiam occulē fornicatos, vel perpetuō, vel ad notabile tempus remerorit ab altari.

5. quod multas Eccleſiae debat gratias, quod hodie longè mitius agere permittat cum ipſo, longè citius quām olim ipum abſolvendo, altarique reſtituendo, non obſtante enormitate criminis ipius, quod in veteri lege expiabatur flammis, quodque novem menſum ergaſtulo Potamus expiare non poſſit, & Genebal- diuſum tam extraordinaria ſeptem anorū peneſtia vix poſſit eluere.

6. denique Sanctorum illoſum exemplum magis ſatagere debet de reparando honore divino, quem enormiter iæſt, quā de ſuo contra temerarias ſufpiciones hominum per medium tam periculofum conservando.

#### C A P U T X L I X .

*Confutatur adhuc propositio nonā, quod id quod dicit de pollutione voluntaria, ostendit sacram Communionem ne quidem eam confitentibus confundendam, mo nec permittendam ipso die voluntaria pollutionis.*

Cum S. Thomas in 4. dist. 9. in ſolutione q. 647 2. ad 2. profiteatur, non eſſe alſcuſi confuſendum, quod statim poſt peccatum mortale, etiam contritus & confeffus, ad Euchariftiam accedat, ſed debere, mihi magna neceſſitas ureat, per aliquod tempus proper reverentiam abſinere, manifeſtum eſt propositiōnem nonam, quā Communio, peneſta Confeffione, confulſit, ipſo die voluntaria pollutionis, Angelica doctrina eſſe diſmaliter adverſam. Cūmque Angelica illa doctrina dicat, Communionem non ſolum non eſſe confundendam contritus & confeffus, ſtatim poſt voluntariam pollutionem, ſed longè generalius dicat confundendam non eſſe poſt peccatum mortale: ſequitur multò minus confundendam poſt voluntariam pollutionem; utpoſt qua non eſt peccatum mortale quaeſcumque, ſed valde enorme. Et ſi tam plenè ac peneſtia voluntate commiſſa fuerit, quām fornicatio committi ſolet, non eſt facile, ſed difficile, ſtatim poſt illam, de illa plenè ac ſufficienter conteri. Et ideo plerisque ambigua eſt contrito Sacerdotis, vel Religioſi, qui eam ſicut & fornicationem conſiderant pauculis horis poſt illam perpetrata. Proinde tam citio ſacerdotali abſolutione remittenda non eſt. Neque enim peccatori, cuius ambigua eſt contrito, Sacerdos abſolutionem impendere poſſet, multò minus poſſet mittere Communionem, ut conflat ex Decreto Innocentii XI. quo 65. propositioſes damnantur,